

I. Der Erfurter Humanist.

1509 — 1521.

1. Gedicht des Jonas auf Eoban Hess. 1509.

Iudocus Ionas.

Livor, ad exortam te protinus erige famam,
Quam potes, et flammis perge nocere tuis!
Nomen habet nullis periturum mortibus *Hessus*,
Uri famicremae qui nequit igne facis.
Cruda manet frustra genuinum flamma poëtam: 5
Te nihil in tantum iuris habere puta!
Est habilis, doctus, facilis, communis amicus,
Est probus et fastu turgidiore vacat.
Prisca greges aetas spissos satis amplaque rura
Ferre putabat opes ubere quasque manu. 10
De grege dum novit sic noster commoda vates,
Non haec, sed scripto de grege nomen habet.
Imbre iuvantur agri botrosaque vinea sole:
Noster Apollineas adiuvat *Hessus* opes.
Prodit agreste canens Germanus origine vates, 15
Abstulit hic nostri nomina prima soli.
At si Teutonicus scripsit quis ovile poëta,
Res tamen et versus non meliore stilo:
Quintus hic est credo pavone ex Pythagoraeo.¹
Maeonidis venam carmine nosse licet. 20
Teutonis ora suo nunc vate superbiat *Hesso*,
Dissimulare suum ni velit illa decus.

In: „Bucolicon Eobani | Hessi. Magistri | Erphurdi | ensis. | — —“ Erphurdiae, 1509 4^o Bl. H 4 (vergl. Krause, Eobanus Hesus I, 79 flg.)

¹ Anspielung auf Persius Sat. VI, 11, wo es von Ennius heisst „postquam destertuit esse — Maeonides, Quintus pavone ex pythagoraeo.“ („Nam Homerus Pythagoricam de animarum transmigracione doctrinam explicans dixerat Ennio in somnio, se pavonem aliquando fuisse, quintus demum Ennius factus.“ Otto Jahn, Persii Satirarum Liber. Lps. 1843. S. 215.)